



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

6. An Bulla Coenae tollat casus Regni Galliarum, quos priuilegios appellant;
& quid de priuilegio. Monarchiae Regni Siciliae? Ex part. 3. tr. 1. res. 74.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76442)

statis incapax, nec possidere potest consequenter, nec praescribere, vt patet ex causa de praescrip. Verum ex his omnibus satis remanet soluta ea, quae docet Petrus de Vrius in Otio assino, p. 1. n. 98. Adducere autem pro iustificatione dictarum consuetudinum & praescriptionum tacitum consensum, approbationem & tolerantiam Papae, est purum signum, vt bene firmat Rot. decis. 16. de consuetudine in antiq. quae respondet omnibus quae in contrarium adduci possent, & haec vna pro omnibus sufficere deberet. Vide etiam Surdum conf. 301. n. 57. & Barbosa de iure Eccl. lib. 1. c. 39. n. 195. & alios, quos adducit Bellettus in disquis. Cler. p. 1. tit. de saeuere cler. pers. §. 3. n. 13. Imò ego assero quòd Papa non consentit, neque tolerat, sed singulis annis in Bulla Cœnae clamat & reprobatur praedictas consuetudines, vt docet & determinat sacra Rota Romana coram Pegna in vna Ofcen. Canon. die 1. Decembris 1595.

RESOL. III.

An privilegium exemptionis à iurisdictione temporali Clericis concessum fuerit, & inceperit tempore Constantini? Ex part. 1. tract. 2. Ref. 127. alias 126.

§. 1. **A**ffirmatiuam sententiam docet Salgado de protectione regia, tom. 1. part. 1. cap. 1. Pral. 1. num. 51. Ceuallos tr. de cognit. per viam violentie, in Praemio, cap. 5. num. 11. & alij penes ipsos.

2. Sed supra dicti Auctores in hoc non sunt audiendi; & ideo contrariam sententiam docet Ioan. de Maderiaga in tract. de Senatu, cap. 39. §. 2. fol. mibi. 367. & Cardinalis Bellarminus in Resp. ad duos libellos cuiusdam Theologi, fol. mibi 7. Et probatur manifestè ex autoritate Concilij Cathaginensis III. can. 9. vbi sic habetur: [Item placuit, vt quisquis Episcoporum, Presbyterorum, seu Clericorum, si derelicto Ecclesiastico iudicio publicis iudicijs purgari voluerit, etiam si pro ipso facte prolata sententia, locum suum amittat, & hoc in criminali actione; in civilibus vero, perdat quod euicit.] Ita illud Concilium, quòd fuit celebratum centum triginta annos ante Constantinum. Vnde apparet manifestè falsitas contrariae sententiae. Vide etiam Concilium Chalcedonense cap. 9. & Agathense can. 32. Rectè igitur Bellarminus, vt supra sic asserit: [Ecco quanto sia falso, che prima del tempo di Giustiniano non ci fusse distinctione di foro, ma per che Giustiniano si vsurpò grande autorità in volere giudicare le cause de gli Ecclesiastici, però Menna Patriarca di Constantinopoli, domandò all' Imperatore, che al menò lasciasse alli Vescouij la cognitione delle cause civili: è l'Imperatore lo concessè.] Ita ille. Vnde apparet, quàm cautè legendi sunt aliqui Iuriconsiulti, quando loquuntur de immunitate, & potestate Ecclesiastica.

RESOL. IV.

An Principes, vel Summus Pontifex possint reuocare hoc privilegium, Ecclesiastica Immunitatis, etiam stando in sententia asserentium hanc exemptionem non esse de iure diuino, sed tantum de iure humano? Ex part. 1. tract. 2. Ref. 2.

§. 1. **R**espondeo negatiuè, etiam stando in sententia illorum asserentium, hanc exemptionem non esse de iure diuino, sed tantum de iure humano. Ita Molin. de iust. tom. 1. tract. 2. disp. 31. Lessius lib. 2. Tom. I. X.

cap. 33. dub. 4. num. 35. Malderus in 2. 2. tract. 5. cap. 6. dub. 4. in fin. & nouissime Ceual. tract. de cognitione per viam violentie, in Praem. cap. 6. per tot. Salgad. de protect. regia, tom. 1. part. 1. cap. 1. pral. 3. num. 127. & alij. Quia populi, à quibus Principes habent auctoritatem, consenserunt in hanc exemptionem: vnde non est in eorum potestate illam reuocare, Et quod semel concessum est, non potest amplius repeti. Secundò, quia Pontifices, & Concilia, quae sunt supra ipsos Principes, eam confirmarunt. Idem verò dicendum est de Summo Pontifice: non enim potest in vniuersum huic iuri immunitatis renuntiare: quia ipse non est dominus absolutus bonorum, & iurium suae Sedis, & illorum, quae à Principibus donata sunt illi: quia principaliter sunt donata Christo, & Pontifici, vt Vicario eius, & ideo non persona, sed sedi data sunt: & sic solùm est dispensator fidelis, & prudens: vnde non potest suo arbitrio illa donare, vel alienare. Ita Ceual. qui citat Iacobat. de Concil. lib. 1. & Suarez. Vide etiam Grammatic. decis. 61. num. 10. & Surdum tom. 3. conf. 301. n. 53. & Viganium tra. de immunit. Eccles. disp. 5. & 6.

RESOL. V.

An Clerici possint tali exemptioni renuntiare, non solum quoad negotia criminalia, sed etiam civilia? Et an hoc procedat, etiam si Clericus renuntiet tali privilegio de licentia Episcopi? Ex part. 1. tract. 2. Ref. 3.

§. 1. **R**espondeo negatiuè, cum sit ipse omnino interdictum, tam in civilibus, quàm in criminalibus, can. 11. q. 1. can. insolita, & can. placuit, extra de foro compet. & ita docent communiter Doctores, Vigan. tract. de immunit. Eccles. disp. 2. concl. 3. Fernandez in exam. Theol. mor. p. 2. cap. 6. §. 1. num. 5. Saloniùs in 2. 2. quaest. 67. art. 1. contr. 2. Duard. in Bull. Cœn. lib. 2. can. 14. quaest. 8. num. 2. qui citat c. si diligenti, & cap. significasti, de foro compet. Pelantius tract. de immunit. Eccles. disp. 2. qui citat c. qualiter, & quando de iudicijs, & ibi Butrig. num. 8. Ioan. Andr. num. 1. & Panormita. n. 7. cum Anchar. n. 5. & Imola num. 3. Idem etiam docet Bonacina de cons. disp. 2. q. 4. punct. 3. num. 1. qui citat Auilam, & Suarez. Vide etiam Ambrosinum de immunit. Eccl. lib. 16. num. 12. Sayrum in clau. regia. lib. 2. c. 7. n. 10. Alexand. lib. 2. conf. 8. n. 3. Grammatic. decis. 61. num. 1. Roland. à Valle tom. 1. conf. 4. num. 9. Surd. tom. 1. conf. 2. num. 31. & tom. 3. consil. 397. conf. 15. Honded. tom. 1. conf. 3. num. 21. & Grat. tom. 3. consil. 87. n. 3. cum alijs. Et hoc aduersus Auferrium de potest. Iud. saecul. reg. 2. num. 20. non solum est verum, quoad negotia criminalia, sed etiam civilia. Et ratio est: quia privilegium exemptionis à laica potestate non est concessum singularibus personis, sed statui Clericorum: sed nullus cedere potest privilegio communitati concessio, vt patet ex cap. si diligenti, de foro compet. ergo. Quod etiam procedit, etiam si Clericus renuntiet tali privilegio de consensu Episcopi, vt notauit Farinac. de inquis. quaest. 8. num. 13. & alij penes Martham de iur. p. 4. cent. 2. cas. 152. n. 8. & D. Carol. de Grassis de effect. cler. §. 1. num. 652.

RESOL. VI.

An Cœna Bulla tollat casus Regni Galliarum, quòd privilegiatos appellant, & quid de privilegio Monachia Regni Sicilia? Ex part. 3. tract. 1. Resolut. 74.

I * §. 1. Hos

Ref. 43. & 49. §. 2. in fine, & seq. & ex doctrina Ref. 196. figurantur in §. Igitur, & seq. & in Ref. 197. & late in Ref. 225. à principio, & inferius in tr. 14. Ref. 5. Nec obstat ante medium;

Quo ad hoc infra lege doctrinam Ref. 70. & 71. & sup. hoc sup. in tr. 1. Ref. 17. Sed non definit post medium, vers. deinde probati

Sup. hanc co-
munitatem in-
fra in Ref.
tom. 3. n. 98.
vnde in
Ref. 200. cor-
firmata l. vlt.
de ad certum
et certum
de in Ref. 41.
de certum in
Ref. 41.

Sup. hanc in-
fra in Ref.
tom. 3. n. 98.
vnde in
Ref. 200. cor-
firmata l. vlt.
de ad certum
et certum
de in Ref. 41.
de certum in
Ref. 41.

Sup. hanc in-
fra in Ref.
tom. 3. n. 98.
vnde in
Ref. 200. cor-
firmata l. vlt.
de ad certum
et certum
de in Ref. 41.
de certum in
Ref. 41.

Sup. hoc in Ref. 4. §. 2. & infra in Ref. 8. §. vlt. & in Ref. 9. §. etiam vlt. & in Ref. 12. & ex doctrina Ref. 13. §. 1. a medio, & in Ref. 43. & in Ref. 92. §. Et ideo prope finem. vlt. vnde. lib. 2. & in Ref. 333. per totam, signanter, §. 2.

§. 1. **H**Os casus priuilegiatos ponit Cassaneus supra consuet. Burgun. rub. 1. tit. des iustices. & dicit, §. 4. ver. 1. col. a grace n. 48. & seq. & Bull. Cœnæ illos non tollere tenet Antonius Bouius in resp. ad Paulum Seruatum pro censuris Pauli V. part. 4. arg. 10. vbi sic asserit. In Francia in Re ha Priuilegij della Sede Apostolica, onde se procede solo nei delitti priuilegiati, non eccede in cosa alcuna i suoi Priuilegij, i quali se non auessero ecceduto i Signori Venetiani non farebbe loro stata cosa alcuna. Sic ille.

2. At contrariam sententiã doce P. Binsfeldius in commen. de iniuriis, & damno dato, cap. 7. concl. 3. vbi sic ait. Per Bullam Cœnæ Domini videntur etiam sublati casus Regni Galliarum, quos priuilegiatos appellant, in quibus iudices seculares in illo Regno se intromittunt etiam pro criminibus aliquibus contra Clericos Hæc Binsfeldius: sed vsum talium priuilegiorum Regis Galliarum non audeat damnare Nauarrus, & alij quos adduxi in tr. de immuni. Eccles. res. fol. 6. licet ibi Sayrus, & alij damnandum esse existiment. Ego verò citæ resolutionem huius casus de meo nihil dicam, & nihil ponam, solum referre vobis quid alij dixerunt, sicut etiam facio cum Martino Bonacina in Bull. Cœnæ tom. 3. disp. 1. §. 2. punct. 1. n. 24. circa iudicium de Monarchia huius Regni Siciliae, quam acriter impugnat Hieronymus Carena in vita Pij V. cum Cardinali Baronio tom. 11. anno 1097. Sed defendit Antonius Xibeca in additionibus manu scriptis ad Marcum Antonium Columnam, & nouissimè, vt fertur, Io. Bertran Gueuara Archiepiscopus Compostellanus in discurs. de origine, & vso Monarchia Regni Sicilia lingua Hispânica conscriptis, & editis Valisoleti 1603. apud Aloysium Sanchez, vide etiam Henriquez in sum. lib. 10. cap. 29. num. 3. & lib. 2. de Summi Pontificis clauē cap. 10. §. 3. Sebastianum Casarem de Eccles. hierarch. part. 1. disp. 3. §. 1. num. 9. Camillum Borrellum de prestantia Regis Catholici cap. 50. per totum. Goffredum lib. 4. de rebus gestis Roberti Guisardi. cap. 29. Facellum lib. 7. posteriori. decadis cap. 1. Ioannem Marianam histor. Hispan. lib. 10. cap. 5. Ferdinandum Matute in responso pro impositione gabelle contra Messanenſes fol. 24. Maurolicum in hist. Sicil. lib. 3. art. 98. Laurentium Ananiam in fabrica Mundi tract. 1. fol. 129. Antonium Costam lib. 1. consil. 1. num. 75. & 85. Cumiam in pral. cap. si aliquem, num. 49. & 52.

si reuerà existant, sint per Bullam Cœnæ reuocata Nam aliqui audent dicere, Reges habere aliqua priuilegia immemorabilia, ita vt cesserint in iura regia, & non possint amplius à Pontifice reuocari, vt horat Zipæus in Anal. iur. can. lib. 2. de foro compet. num. 41. in fine. Magis verò modestè loquitur Henriquez lib. 10. cap. 15. num. 5. in Glossa lit. G; quem tacito nomine sequitur Malderus in 2. 2. tr. §. cap. 6. dub. 7. in fin. vbi asserit, Pontificem iura quadam spiritualia, quæ Rex quispiam contractu remuneratorio, aut immemorabili habet, reuocare non debere.

3. At, posse Pontificem priuilegia, etiam remuneratoria, reuocare, non est dubitandum, vt ex multis probat Soufa in Bull. Cœn. cap. 26. disp. 102. num. 2. Difficultas, vt dicebam, existit, an sint per dictam Bullam reuocata. Fillicius tom. 1. tract. 16. cap. 10. num. 258. putat, si reuerà priuilegium aliquod à Romano Pontifice alicui Principi concessum sit, Bullam Cœnæ illud non reuocare, & idem ita asserit: (Dixi, sub prætextu: quia, si verè priuilegium concessum sit à Sede apostolica; vt potest, iuste etiam excusari poterit: tunc dicendum est, legem posteriorem vniuersalem non derogare priuilegio anæctori speciali. Atque ita Regem Hispaniarum, & Regem Galliarum habere aliqua priuilegia, testantur Bañez, & de Grassalis: quod præsumi potest in Regibus, alioqui Catholicis; & pijs:) ita ille. Et Paret Suarez contra Regem Anglia. lib. 4. c. 24. n. 29. ex Cardinali Bellarmino, non audeat damnare vsum talium priuilegiorum: sed hoc apostolicæ Sedi remittit: quod antea fecerat Nauarr. in Manual. cap. 27. num. 71. vt notat Valquez in part. 2. tom. 2. disp. 167. cap. 4. num. 32. Becanus in Sum. Theol. p. 2. tract. 3. cap. 6. quest. 11. numer. 2. & Salas de legib. disp. 14. sect. 9. numer. 108.

4. Verùm contrariam sententiã docuit Sayrus de cons. lib. 3. cap. 25. num. 10. vbi ita loquitur: [Hinc patet, sine causa dubitasse Nauarrum: an Iudices Galliarum, qui cognoscere, & iudicare solent Clericos super quibusdam casibus, in censuram Bullæ incidant: quia priuilegia ista per viam remuneracionis concessa sunt, & sunt priuilegia immemorabilia. In qua re, si quidem dubitandum esset de Summi Pontificis intentione, recurrendum esse censerem ad iudicium Summi Pontificis: Quia tamen Legislatiōis mens & intentio ex verbis eius colligenda est, non opus esse puto, vt quis pro huius rei, ac dubij solutione ad Summum Pontificem recurrat: quandoquidem his verbis Bullæ omnia huiusmodi priuilegia se reuocasse Summus Pontifex satis manifestè declarauit.] Ita ille, & respondet ad argumenta Nauarr. Idem postea etiam docuit noster Duardus in Bull. Cœn. lib. 3. §. 54. 1. num. 1. & Philipp. Maynardus de priuileg. Eccles. p. 2. art. 18. num. 10. vbi ita ait: [Prædicta priuilegia fuerunt postea à Summis Pontificibus reuocata, & inter ceteras reuocationes illa est, quæ legitur in Bulla Cœnæ Domini, ibi excommunicatus.] Ita Maynardus: cui adde Vgolinum in Respons. ad Iurisconsult. Gymnasti Patavinus, cap. 7. fol. mihi 93. vbi ita asserit: [Per Bullam Cœnæ Domini, quæ singulis annis in die Iouis sancti, præsentibus, Principum Christianorum Nunciis publicatur; illa clausula, non obstantibus, &c. derogat omnibus priuilegiis contra libertatem Ecclesiasticam.] Idem etiam docet Martha iuris d. p. 4. cen. 1. cas. 7. num. 12. Barbosa in Collect. lib. 1. Decret. tit. 2. cap. Eccl. S. Maria. de cons. lib. num. 25. Patres Theologi Religionis Seruorum in defens. cens. Pauli V. cap. 3. nu. 19. in fin. & Ioan. Bertran. de Gueueta in propugn. Eccles. lib. 5. 7. num. 43. asser. 1. & Malderus in part. 2. quest. 96. art. 4. fol. mihi 407. col. 2.

Sup. his priuilegiis in Ref. seq. signanter §. vlt. & in Ref. 1. post seq. §. vlt. & sup. in Ref. præterita, & infra in Ref. 12. & ex doctrina Ref. 13. §. 1. a medio, & in Ref. 43. & 92. §. Et ideo prope finem, vlt. vnde. lib. 2. & in Ref. 333. per totam, signanter §. 2.

RESOL. VII. 1

An per aliquod priuilegium sit in aliquibus Regnis supra dicta Ecclesiastica libertati derogatum? Et difficultas est, an supra dicta priuilegia, si re vera existant, sint per Bullam Cœnæ reuocata? Ex part. 1. tract. 2. Ref. 6.

§. 1. **A**liqui respondent affirmatiuè, & ita asserit Bañez in 2. 2. quest. 67. art. 1. dub. 2. concl. 2. Ioan. de la Cruz in Direct. consuet. p. 1. præcep. 8. §. 3. art. 1. dub. 1. concl. 3. Pefantius de immuni. Eccl. disp. 3. & alij. Reges Hispania habent priuilegium à Summo Pontifice circa Tribunal, quod ipsi vocant, de la fuerza. Et Rex Francia, licet laicus, obtinet Canonieatus, & beneficia confert in regno suo, ex priuilegio apostolico, vt notauit Carolus de Grassalis in Regal. Frans. lib. 2. iur. 1. fol. mihi 229. & iur. 2. fol. 237. Et Rempublicam Venetorum, ex priuilegio Summi Pontificis, procedere posse in aliquibus causis contra Clericos, notauit Zanard. in Direct. Confess. tom. 3. cap. 50. & Decianus tom. 1. lib. 4. cap. 9. num. 66. eum Gigante.

2. Sed difficultas est, an supra dicta priuilegia,

Sup. hoc infra in Ref. 333.

Sup. his priuilegiis Regis Hispania, infra in Ref. 333. vlt. post mediu, sed lege cam à principio.

